



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1863

Approbatio Censoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72708)

FACULTAS SUPERIORUM.

Cum tres Societatis nostræ Theologi legerint, edique posse censuerint, *Januarium seu primum tomum Vitarum Sanctorum, quas partim ex schedis Heriberti Rosweydi, partim ex veteribus variarum tum Latinarum tum Græcarum Ecclesiarum monumentis collegit, digessit, Notis illustravit Joannes Bollandus Societatis Jesu Theologus.* Ego Fredericus Tassis ejusdem Societatis per Flandrobelgicam Præpositus Provincialis, potestate ad id mihi ab admodum R. P. N. Mutio Vitellesco Præposito Generali facta, concedo Joanni Meursio Typographo Antverpiensi facultatem easdem Vitas excudendi. In cujus rei fidem has litteras officii mei sigillo munitas, meaque signatas manu dedi. Lovanii 22 Februarii MDCXXXV.

FREDERICUS TASSIS.

ITERATA FACULTAS ET SUMMA PRIVILEGIH CÆSAREI.

Cum *Historiam Sanctorum mensis Januarii, a Joanne Bollando Societatis nostræ Sacerdote ex veteribus Scriptorum monumentis, ingenti plurium annorum studio, collectam, R. P. Fredricus Tassis decessor meus, a tribus probatam nostris Theologis, publicis typis edendi potestatem fecisset; postea vero et Vitæ Sanctorum complures, et variae Annotationes additæ essent, operam et studium una conferente Codefrido Henschenio, Societatis quoque nostræ Sacerdote; omnia rursus ab aliquot Theologis recognosci curavimus; quibus opus laboriosum et eruditum consentibus, rursus facultatem dedimus Joanni Meursio Typographo Antverpiensi, ut dictam Historiam excuderet, ac publicaret: cumque Sacræ Cæsareæ Majestatis decreto cautum sit, ne qui libri a Societate Jesu conscripti in provinciis Romano Imperio subjectis excudantur, aut venales proponantur, absque ejusdem Societatis consensu, ob eam rem statuimus ac declaramus, eundem Typographum isto privilegio legitime frui oportere, addito sigillo nostro ac chirographo. Antverpiæ 15 Maii MDCXLI.*

JOANNES DE TOLLENARE.

APPROBATIO CENSORIS.

Vitas Sanctorum novantiquas, quas R. P. Joannes Bollandus Societatis Jesu Theologus, partim ex collectaneis R. P. Heriberti Rosweydi ejusdem Societatis acceptas, partim indefesso labore suo ac pervigili studio ex variis Europæ Bibliothecis erutas, et ex Manuscriptis exemplaribus in lucem de novo datas; et ex Græcis Menologiis Latine redditas, publico bono, ac Dei Sanctorumque gloriæ evulgandas, mihi obtulit; VIDI. EXAMINAVI, JUDICAVI in Domino, dignissimas, quæ typis promulgentur, tum ad honorem Dei, qui in Sanctorum suorum honoribus honoratur, tum ad ornamentum Ecclesiæ, quæ Sanctorum exemplis illustratur, tum ad salutem animarum, quæ per Sanctorum vestigia ad eandem cum illis gloriam tendunt. Datum Antverpiæ MDCXXXIV, VII Octobris. Ita testor et censeo

GASPAR ESTRIX S. T. L. Canonicus
et Plebanus Antverpiensis.

PRIVILEGIUM REGIS CATHOLICI.

Philippi IV, Catholici Hispaniarum Regis, Belgii Dynastæ, Diplomate cautum est, ne quis Vitas Sanctorum a Joanne Bollando Societatis Jesu Sacerdote collectas, recensitas, illustratas, præter Joannis Meursii Typographi Antverpiensis voluntatem, intra sexennium excudat aut alibi excusas in hæc provincias invehat ac venales exponat sub multa in eodem Diplomate expressa.

COOLS.